

# Undecimus

De somno animalium.

Cap. lxxv.

**O**mnis quæstio non obscuram coniectationem habet. In terrestribus omnia quæ cor habent dormire manifestum est. Aquatiliu quoque exiguum quiddam etiam qui de cæteris dubitat: dormire tamem existimat: non oculo argumeto: quia non habent genas: uerum ipsa quiete cernuntur placida ceu soporata: neque alia quam caudis motu: et ad tumultum aliquem expauescit. De thynnibus confidentius affirmat. iuxta ripas. in aut petras dormiunt. plani autem piscium in uado: ut manu sæpe tollant. Nam & delphini balenæque stertentes et audiunt. insecta quoque dormire silentio apparet: quia nec luminibus quidem admotis excitentur. Homo genitus premitur somno per aliquot menses. Deinde longior in dies uigilia. Somniat statim infans. Nam & pauore expergiscitur: et suctum imitatur. Quidam uero nunquam quibus mortiferum fuisse signum contra consuetudinem somni: inuenimus exempla. Magnus hic inuitat locus: et diuersis refertus documentis: utrum ne sint aliqua prescita animi quiescentis. Quæ fiat ratione an fortuita res sit: ut plerumque. Et si exemplis agatur: profecto paria fiant. A uino & a cibis proxima atque in redormitione uana esse uisa prope conuenit. Est autem somnis nihil aliud quam animi in medium sese recessus. præter hominem somniare equos. canes: boues: pecoras: capras: palam est. Ob hoc creditur & in omnibus: quæ animam patiunt. De iis quæ oua gignunt incertum est. Sed dormire ea certum. Verum & ad insecta transeamus. hæc namque restant immensæ subtilitatis animalia.

CAI PLINYII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBER. XI.

PROHEMIUM.

De insectis animalibus: ut sunt apes: formicæ: & huiusmodi.

ESTANT IMMENSÆ SVBTILITATIS ANIMALIA. QUANDO aliqui ea neque spirare. & sine sanguine esse etiam prodiderunt.

De insectorum genere. Cap. i.

**I**ta hæc & multigena: terrestrium uolucrumque uita. Alia penerate ut apes. Alia utroque modo ut formicæ. Alia & pennis & pedibus carere. Et iure omnia insecta appellata ab incisuris: quæ nunc cernicium loco: nunc pectorum atque alui præcisa separant membra tenui modo fistula coherentia. Aliquibus uero non tota incisura eas ambiente rugas sed in aluo: super tantum imbricatis flexilium uertebis nusquam alibi spectatione naturæ rerum artificio.

De subtilitate naturæ. Cap. ii.

**I**n magnis siquidem corporibus aut certe maioribus facilis officina sequaci materia fuit. In his uero tam paruis: atque tam nullis quæ ratio quatuor: tam inextricabilis perfectio. Vbi tot sensus collocat in culice. Et sunt alia dictu minora. Sed ubi uisum in ea præterdit. Vbi gustatum applicat: ubi odoratum inseruit: ubi uero truculentam illam & portione maximam uocem ingenerat. Quæ subtilitate penas adnexuit. prælungauit pedum crura: Disposuit ieiunam caueam uti aluum: auidam sanguinis & potissimum humani sitim accendit. Talium uero perfodiendo tergori quo spiculauit ingenio: atque ut in capi cum cerui non possit exilitas: ita reciproca generat arte: ut fodiendo acuminatum: pariter sorbendoque fistulosum esset. Quos teredini ad perforanda robora cum sono teste dentes affixit: potissimumque e ligno cibatum fecit. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros: taurorumque collas: & truces in sublime iactus: tigrium: Rapinas: leonum iugas: cum rerum natura nusquam magis quam in minimis tota sit. Quapropter quæso ne nostra legentes quoniam ex iis spernant multa etiam reuera fastidio darent: cum in contemplatione naturæ nihil possit uideri superuacuum.

Utrum spirent: an habeant sanguinem.

Cap. iii.

**I**nsecta multi negant spirare id ratione persuadentes: quoniam uisceri interiori nexus spirabilis non esset. itaque uiuere ut fruges: arboresque. Sed plurimum interesse spiret aliquid an uiuat. Ea de de. cæ nec sanguinem iis: esse quod sit nullius carere corde aut iecore. Sic nec spirare ea quibus pulmo desit. Unde numerosa quæstionum series exoritur. idem enim & uocem esse iis negant in tanto murmure apum: cicadae sono & aliis quam suis estimabuntur locis. Nam mihi contuenti semper suscitatur rerum natura nihil incredibile existimare de ea. Nec uideo cur magis non possint trahere animam talia & uiuere: quam spirare sine uisceribus. Quod etiam in marinis docuimus: quibus arcete spiritum densitate & altitudine humoris. Volare quidem aliqua & animam carere in ipso spiritu uiuentia. Habere sensum uictus generationis atque operis & de futuro etiam curam. Et quæuis non sint membra: quæ uelut carinas sensus iuehant: esse tamem iis auditum: olfactum: gustatum: eximia præterea naturæ dona: solertia: animam: arte: quis facile crediderit. Sanguinem non esse iis fateor: sicut ne terrestribus quidem cunctis uerum simile quiddam: ut sapiam in mari sanguinis uires attramentum optineat: purpurarum generi insector ille succus. sic insectis quisquis est uitalis humor hic erit sanguinis loco. Sed existimatio sua cuique sit. Nobis propositum est naturas rerum manus festas

Vices

m ii